

Ad idem in Latino.

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS de gracia Sweorum gotorum rex Salutem in domino sempiternam Admittimus & volumes quod habitatores insule visingxöö in siluis communibus terre vesgotie ius habeant ligna non glandes aut nuces deferentes ad focum suum instrumenta quelibet aut domos inpune & libere excidendi & deferendi Item pecora sua depascendi Prohibentes itaque firmiter & districte ne quis ipsos super hoc presumat aliquatenus molestare Presentes ipsis super hoc litteras nostro sigillo reddimus sigillatas Datum alznöö Anno Domini 1286 quarto kalendas octobris.

921.

1286 d. 7 Oct.

Dåwö.

Konung MAGNUS Is Gåfvobref till Svartbrödra klostret i Stockholm på vattnet mellan Stockholms Stad och Riddarholmen, jemte förbud att, utan klostrets Provincial-Ministers tillstånd, uppföra byggnader på Riddarholmen eller i staden längre ut i bemälda vatten, än som redan blifvit byggdt.

A. 3. e. 4: 1. *).

MAGNUS dei gracia Sweorum Gothorumque, Rex, Uniuersis presens scriptum visuris, salutem in domino, Notum esse cupimus presentibus & futuris, nos dedisse & assignasse loco & insule fratrum minorum Stokholm totum fundum aque iacentis inter ciuitatem & insulam supradictam, Inhibentes ex nunc sub optentu graciae nostre, ne aliquis de cetero a parte ciuitatis quicquam edificet, ultra domos nunc edificatas contra insulam memoratam, Simili etiam modo inhibemus, ne quisquam domum aliquam edificet, vel edificari procuret in insula sepedicta extra locum claustrum sine licentia provincialis Ministri, Cum sit tota fratrum usibus & utilitatibus perpetuo deputata, Vt igitur hec inuiolabiliter obseruentur, presentem paginam nostro sigillo communitam ipsis fratribus dedimus ad memoriam futurorum, Datum, Dafhø, anno domini, M°. CC°. LXXX°VI°. Die lune jnfra octauam Beati Francisci confessoris.

Kongl. Sigillet, i grönt vax å gula och röda silkestrådar, är skadadt.

922.

1286 d. 7 Oct.

Dåwö.

Konung MAGNUS Is Gåfvobref på fordna Hospitalets grund, m. m. på Norr Malm till anläggande af St. Claræ kloster i Stockholm.

A. 3. f. 1: 1.

MAGNUS dei gracia Sweorum, Gothorumque Rex, Uniuersis presens scriptum cernentibus, salutem in Domino, Geste rei noticia, ne processu temporis

*) Finnes äfven i en af Hertigarne ERIC och WALDEMAR 1307 d. 29 Nov. bekräftad afskrift.

dubietatis caligine inuoluatur perhennari solet litterarum indiciis, ex quibus preberi possit posteris credulitatis firmamentum, Ea propter constare uolumus tam presentibus quam futuris, nos ad Dei cultum & profectum animarum totum fundum et territorium Hospitalis quondam leprosororum apud Stokholm, quod de Domino wpsalensi archyepiscopo titulo empcionis habuimus, vna cum orto nostro ibidem, & monte, qui dicitur Malm, ac toto terre spacio ad occidentem dicti, Malm, usque ad litus stagni versus occidentem & a littore meridiano usque ad juga moncium communitati attinencia. que sunt e proximo versus aquilonem, dedisse ordini sancte Clare perpetuo possidenda, ad construendum & inhabitandum inibi Monasterium, & ad alia necessaria sororibus ordinis memorati secundum ordinacionem Ministri fratrum Minorum, volentes, vt via communis que vergit de Stokholm versus østre aros, & nunc per dictum spacium dirigitur, ponatur ad aquilonem ipsius spacij, iuxta montana predicta per transversum sepedicti Malm, ad viam que ab oriente ipsius ducit ad ciuitatem, In testimonium autem huius nostre donacionis, presentem litteram nostro sigillo, vna cum sigillis nobilium virorum scilicet Domini, Benedicti prepositi Scarensis, Domini Vlf Hulmgers son, Domini Haquini Marskalci nostri, & Domini Werneris Brunk, qui presentes aderant duximus muniendam, Datum & actum Dafhø, Anno domini, M^oCC^oLXXX^o, sexto, Die lune infra octauam Beati Francisci.

Sigillen: 1 Konungens i grönt vax på gula och röda silkestrådar; 2 bortfallet; 3 Andeligt, på rödt 4 på hvitt, och 5 på rödt silke, allt i grönt vax.

923.

1286 d. 12 Oct.

Dåwö.

Konung MAGNUS Is vidimation och bekräftelse på K. KNUTS gåfvobref till Wiby kloster.

A. 3. h. 1: 9.

MAGNUS dei gracia sweuorum gothorumque rex, Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino, Tenore presentium notum facimus Nos perspexisse & legisse magnifici principis domini Kanuti quondam regis sweuorum, litteras, sigillo suo, & sigillo venerabilis patris domini petri archiepiscopi wpsalensis, sigillatas, quarum tenor erat in hunc modum. In nomine &c. *Se föregående N:o 113.* Nos igitur, Magnus, memoratus rex sweuorum, suprascriptam donacionem ratificamus atque ad ratificacionis testimonium, presenti scripto sigillum nostrum apponi facimus, ad euidentiam plenioram, Datum, Dawø anno dominj M^oCC^oLXXX^o. Sexto, quarto Idus octobris Anno regni nostri duodecimo.

Ett större stycke af sigillet vidhänger.